

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

in abstinentia autē patientiā: in patientia autē pietatē: in pietate autē amorē fraternitatis: in amore autē fraternitatis charitatē. 2. Petri. 1. Habet altitudinē cū paulo post dicit. Sic enim abundāter ministrabit vobis introitus in eternū regnū dñi et saluatoris nostris iesu xpi. Ibidē. Qui rursus bonis pastorib⁹ pollicet dicens. Cum apparuerit princeps pastoz percipietis inmarcessibile glorie coronā. Habet horribilē aspectū cū dicit. Aduentet autē dies dñi vt fur: in qua celi magno impetu trāsibūt: elementa vero calore soluent. 2. Petri. 3. Cum hec agūt omnia dissoluēda sint: quales oportet nos esse in sanctis pueris fideibus et pietatibus: expectātes et properātes in aduentū diei dei: per quā celi ardere tabescēt. Habet staturā cum per paulū nos a terrenis desiderijs erigit dicens. Mortificate mēbra vestra que sunt super terrā: fornicationē: immundiciā: libidinē: pecciscentiā malā: et auariciā que est idolorū seruitus. Col. 3. Habet altitudinē cū promittit dicens: Vita vestra abscondita est cum xpo in deo. Cum enim xps apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cū ipso in gloria. Ibidē. Habet horribilē aspectū cum minat dicens: In reuelatiōe dñi nostri iesu xpi de celo: cū angelis virtutib⁹ et in flamma ignis venietis dantis vindictā his qui nō nouerūt deū: et qui nō obediūt euangelio dñi nostri iesu xpi: qui penas dabunt in interitū eternas a facie dñi: et a gloria virtutis eius. 1. Thessal. 1. Habet staturā cū nos admonet dicens: Videte ne quis alicui malū p malo reddat: sed semper quōd bonum est sectamini in inuitē et in omnes. 1. Thessal. 5. Habet altitudinē cū promittit dicens: Si cōmorimur et cōtinuemus si sustinemus et cōregnabimus. Ro. 8. Et rursus. Non sunt cōdigne passiones hui⁹ tempis ad futurā gloriā: que reuelabit in nobis. Ibidē. Habet horribilē aspectū cū minat dicens: Terribilis que dam expectatio iudicij: et ignis emulatio que cōsumptura est aduersarios. Heb. 5.

Qui rursus ait: Horrendū est incidere in man⁹ dei viuētis. Que omnia breui quōq; sentētia stringit dicens: Et possitis cōprebendere cū omnibus sanctis: que sit latitudo et longitudo: sublimitas et p̄fundū. Nota quippe est charitas: quia inimicorū dilectionē capit: et per eam charitates qua nos omnipotens deus late diligit: etiam lōganimitē portat. Hoc ergo nos debemus exhibere p̄mitis: quōd indignus nobis a creatore nostro cōspicimus exhiberi. Latitudo itaq; et longitudo ad staturā pertinet: quia per amorē mores dilatat: vt fraterna mala charitas longanimitē portet. Sublimitas autē est eternoꝝ ulla remuneratio premioꝝ: de cui⁹ immensitate dicit: Quia nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que p̄parauit deus diligētibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinē: quia eterna sanctorū gaudia nulla nūc preualēt cogitatione penetrari. Profundū quoq; est illa inestimabilis dampnatio supplicioꝝ: que eos quos susceperit in imis demergit. In quibus sacra eloquia horribilē aspectum habēt: quia inestimabilē terroꝝ audientibus incutit cum supplicia inferi loquuntur. Bene ergo dicit.

**Statura quoq; erat rotis et altitudo et horribilis aspectus.]**

Quia scriptura sacra in vitroq; testamento et ammonēdo recta est: et promittēdo alta et minando terribilis. Hec nos fratres charissimi hodierna die largiēte domino dixisse sufficiat: vt ad differenda que sub iuncta sunt ocio reparati redeamus: in auxilio omnium et domino nostro iesu xpo cōfidentes. Qui uiuit et regnat cū patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculozum amen.

**Explicit omelia. VI.**

**Incipit Omelia. VII. que interpretatur in primo capitulo:**